

Mas: Elytris lividis, apice nigris.

Femina: Elytris rubris immaculatis.

Linn. Fabr. Oliv. Illig. Panz. Schönh. Syn.

3. 477. 14.

Habitat in floribus pratorum sat frequens.

Praecedentì valde affinis, aegre distinguenda, praesertim mas, qui tamen masculis L. cinctae paulo minor; caput, antennae, thorax, scutellum ut in illo omnino, modo thoracis discus magis convexus, vix ac ne vix canaliculatus. Elytrorum forma et color etiam ut in illo, sed margo exterior posterius tantum non-nihil infuscatus, et sutura omnino immaculata. Corpus et pedes ut in priore.

Femina magis differt, paulo brevior et multo magis convexa; elytra saturatius rubra, omnino immaculata. Cetera ut in femina praecedentis.

20. L. sanguinosa: elongata sub-depressa nigra, confertissime punctulata, parum pubescens, elytris sub-linearibus laetè sanguineis, apice rotundatis.

Habitat in floribus rarius.

L. sanguinolenta quidem facie similis, eiusdemque fere magnitudinis, sed multo magis depressa, sub-linearis et ut videtur distincta. Caput magnum, rotundatum, versus os angustatum, saturate nigrum confertissime punctulatum, parum pubescens, vertice fere plano, fronte anterius obsolete canaliculata et supra os transversim impressa; oculi prominuli nigro-brunnei, anguste emarginati. Antennae validae, totae nigrae, longitudine corporis. Thorax latitudine media vix longior, juxta apicem late et profunde constrictus, margine alte elevato, reflexo; lateribus nonnihil rotundatus, basi bi-sinuatus, angulis brevibus rotundatis; supra convexus, aequalis, totus niger, confertim punctulatus, tenue pubescens.

rotun-

rotundatis; supra inaequalis, ante medium baseos late et profunde impressus, antrorum late sed obsolete canaliculatus, totus saturate niger, confertissime punctulatus, vix pubescens. Scutellum parvum triangulare nigrum, obsolete punctulatum. Elytra antice thoracis basi plus quam dimidio latiora, humeris elevatis, fere rectangulis, thorace quintuplo longiora, posterius parum angustata, apice ipso obtuse rotundato integerimo; supra fere plana vel perparum convexa, laete sanguinea immaculata, sub-micantia, confertim et profundius quam thorax punctata, praesertim anterius. Corpus subtus nigrum, obsolete punctulatum, pubes tenui cinerascente adspersum. Pedes elongati toti nigri, ungulis ferrugineis.

21. L. maculicornis: nigra punctulata, elytris parum angustatis obscure testaceis, apice oblique truncatis fuscis, antennis medio flavo-annulatis.

Fabr. De Gér. Payk. Schönh. Syn. 3. 474. 3.

Habitat in floribus sat frequens.

Longitudo L. melanurae sed latior, minus attenuata. Caput magnum, latum, versus os rotundatum, punctulatum nigrum, parum pubescens, vertice plano, obsolete canaliculato; oculi magni brunnei, anguste emarginati. Antennae in utroque sexu longitudine fere corporis, validae, nigrae, articulis mediis, 3—6 vel 7, basi annulo pallido cinctis. Thorax sub-ovalis, antice angustior et juxta apicem constrictus, lateribus parum rotundatus, basi bi-sinuatus, angulis brevibus rotundatis; supra convexus, aequalis, totus niger, confertim punctulatus, tenue pubescens. Scutellum parvum triangulare nigrum, obsolete punctulatum. Elytra antice thoracis basi dimidio latiora, humeris elevatis fere rectangulis, thorace quadruplo longiora, apicem versus parum angustata, apice ipso introrsum obli-